

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles**

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi  
Complectens Dominicas Per Annum

**Höger, Franz**

**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197089**

Sancto Angelo Custodi Principi Cælestis Curiæ, Nec non Duci, Patrono,  
Protectori Suo Dilectissimo Mille Titulis, & infinitis Nominibus  
Obstrictissimus Cliens D. D. D. Franc. Höger S. J.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

SANCTO  
ANGELO  
CUSTODI  
PRINCIPI  
CÆLESTIS CURIAE,  
Nec non  
DUCI,  
PATRONO, PROTECTORI  
SUO DILECTISSIMO

*Mille Titulis, & infinitis Nominibus  
Obstrictissimus Cliens*

D. D. D.

Franc. Höger S. J.





## ANGELE CUSTOS.

PRINCIPI

**P**ro tot à te in me collatis  
Beneficijs gratitudinis a-  
liquod Mnemosynon  
Posteritati reliqturus col-  
lectitum hunc laborem  
meum tibi, O Magne Cœli Princeps, ac  
Nomini tuo dedico. Exile quidem à  
manu, & calamo meo munus est, ab in-  
genio tamen & Studio aliorum, quorum  
Sententias, ac pretiosas cogitationes ex-  
hibit, conspicuum. Quamvis non  
tam Libellum tibi, quam meum in col-  
ligendis istis gemmis, quas in ordinem  
redeggi, laborem consecrem, eò, uti  
spero,



Ipero, gratiorem, quòd Studium in hoc  
tuum imitari conatus fuerim, qui Cœ-  
li favores ac gratias ( prò quanta cime-  
lia ! ) ne in nobis frustra sint , cumu-  
lare, atque conservare plurimùm alla-  
boras. Quid, quod triticum etiam bo-  
norum Operum nostrorum in Horrea  
cœlestia congregas ; fragmenta meri-  
torum colligis ; virtutes nostras in fa-  
sciculos cogis ; & Mala aurea Precum  
ac Devotionum nostrarum in Argenteis  
lectis reponis, ut illa offeras ante Thro-  
num DEI. Sed neque alia mihi desunt,  
eaque his majora rationum momenta ,  
quæ omnino me permoverunt , ut hoc  
Opusculum, peregrinis floribus refer-  
tum, glorioſo Nominetuo insignirem :  
intelligo amorem illum meum , quo à  
teneris annis in hæc tempora te profe-  
quor, non quidem meritis tuis parem ,  
viribus tamen meis commensum. In-  
telligo ipsum auxilium tuum , quod  
mihi ex voto non solùm in hac , verùm  
etiam in alijs lucubrationibus meis sem-  
per præstò fuit. Ut silentio involvam

X 4 quo-



quotidiana , quæ à te accipio diu noctū-  
que, corporis & animæ Beneficia, ita ut  
meritò cum Tobia exclamare possim:  
Quid dignum poterit esse Beneficijs tuis?  
Sed tamen, quæ Salviani mens est l. 4.  
de Provid. *Quia majus referre non pos-  
sumus, totum reddere videmur, si totum,  
quod possumus, reddere curamus.* Accipe  
igitur gloriosissime Cœli Princeps, Dux  
meus, & Custos meus, accipe Tutelaris  
Angele hocce quale - demum - cunque  
Opusculū meum in signum Gratitudi-  
nis, Amoris, & Fiduciæ , nec non ob-  
stricti animi mei ; & quod Gratianus  
Imperator Ausonio Burdigalensi, olim  
Præceptorí suo, Officium Consulis Ro-  
mani tribuens dixit, etiam à me tibi di-  
ci patere : *Solvi : quod debui, &  
adhuc debeo , quod  
Solvi,*

*F A*

